



L hoc ad commendationem phinees dixit. vel
 intulit cuius conuersatio testimonium magne
 laude assumpsit et per appetit beatissimo mar
 tino cuius hodie memoriam celebramus. **I**n
 In quo comedat. prout ut virtuosus inno
 centie venustate. cum diei bonitate. Boni
 tas enim subiectum et obiectum virtutis est. et
 ideo ipsi virtuti est necessaria ut nihil sit virtu
 osum nisi in quantum bonitatem precipat
 propter quod dicit Aug. quod virtus est bo
 na qualitas metis. qua recte viuunt. qua ne
 mo male viuunt. qua deus in nobis non solum
 commendatur In hac martinus tamen pro
 fecit. ut in omni statu semper ad maiora con
 descenderet. Nam bonus fuit in statu mili
 tati. melior in habitu monachali. et opti
 mus in cathedra pontificali Secundo ut gra
 tiosus iusticia siue leticia delectare cur ad
 dit. et alacritate anime sue. id est securitate
 conscie. quod nihil homini iocundius esse potest
 secundum illud Ecclesiastici. xxx. Non est oblectatio super
 cordis gaudium vide quanta iocunditas
 est semper in bono proficere. et criminis.
 infectione carere. inter hostes vivere et
 nihil hostilitatis habere etc. **T**ertio ut
 generosus amicitia siue noticia subliman
 te. cum istis placuit deus israel. ut sic me
 rito dicamus de eo illud Sapientie. iij. Placens
 deo factus est dilectus et viuens inter pec
 catores translatus est dicitur igitur in boni
 tate etc. cum enim malum per oppositum prouert boni
 tum. quod contrarium malum bono. sicut dicitur.
 Ecclesiastici. xxxiii. **B** Ideo ut clareat
 bonitas virtutis ac ex se ipsa se nobis ama
 bilem et desiderabilem reddat. ordinem
 contra ipsum ex opposito malum. quatinus
 opposita iuxta se positapulcrius elucescant
 propter quod scire debemus quod bonitas cir
 cuit omnes virtutes. sicut per oppositum
 malicia omnia genera vicioz et ideo quanto
 nobilior et perfectior tanto in pluribus repe
 rit. et a pluribus indiget vicibus. In subie
 ctione humilitas reuerentie In compassioe
 pietas conscie. In conuersatione. integritas
 continentie In refectioe. sobrietas tem

perantie. in responsione. virilitas siue lon
 ganitas patientie In affectioe. caritas
 amicitie. in opatione strenuitas prouiden
 tie. humilitati obuiat malum. quod est fastuo
 sitas arrogantie. pietate cupiditas auari
 cie. castitati feditas petulantie Sobrieta
 ti voracitas gula. virilitati animositas
 iracundie. Strenuitati tepeditas negligē
 tie et sic patet. **P**rimo prelecti
 tur bonitate in subiectione humilitas reue
 rentie Nam ille perfecte bonus est qui non tri
 mer animo. non tonat verbo. non recalci
 trat factum. sed in omni re se subijcit propter
 deum secundum illud puer. xii. Qui bonus est hau
 riet a domino gratiam supple. iustificatiois. hec
 est illa gratia que sola respicit et cogno
 scit humilia. sola dignificat et extollit ad sum
 ma de qua loquitur Ecclesiastici. iij. dicens Quis
 to magnus es humilia te in omnibus et co
 ram deo inuenies gratiam. Nam humili
 tatem martinus verbo et exemplo firma
 uit. et contra consuetudinem magnatoz non
 solum superioribus ex officio paruit. sed quod
 est mirabilis subiecto sibi famulo se hu
 militate subiecit. vnde in legenda sua dicitur
 vno tamen seruo comite cōterus erat cui
 sa vice dominus seruebat etc. Videat igitur qui
 in honoribus constituti humilia dedignantur.
 cum humilitas in homine honoris sit bo
 noris. et dignitas dignitatis ut dicit Bernardus
 propter hoc poterat martinus a domino dici il
 lud quod legitur. i. Regum. xxix. Beatus es
 tu et bonus in conspectu meo. et exiit tu
 us et introit tuus. mecum est et non inueni quod
 quod mali. sed non places satrapis. i. superbis
 et ideo huic obstat malum quod dicitur fastuosi
 tas arrogantie. de qua psalmus. Qui diligitis
 dominum odite malum supple. superbie. quod odi
 bilis coram deo et hominibus superbia Ecclesiastici. x.
Secundo In compassioe pietas
 conscie. de qua dicit sapiens. puer. iij. Noli
 prohibere bene facere. sed si vales et ipse be
 nefac. et ideo ignorantibus vel forte con
 temnentibus pietate dicitur. Mich. vi. Indica
 bo tibi homo quid sit bonum et quod dominus

B 3